



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1611. usque ad annum 1617

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1777

VD18 90118898

§. 178. Induciæ inter Hispanos, & Sabaudos, ac demum pax conciliata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67313](#)

& equi sat generosi reperti sunt: Ad Sæc. XVII.
 hanc autem prædam acceſſit alia ad- A.C. 1617.
 huc utilior fæccorum nempe frumento
 refertorum quadraginta millia. Insuper
 Annonensis urbis cives San-Feliciano-
 rum calamitate conſternati, quantum-
 vis valido præſidio, & quadraginta belli
 tormentis muniti eſſent, ultro ſe Sab-
 audo permifere, quam urbem Emanuel
 muniri juiſſit, ſuumque exercitum in
 duo partitus eſt agmina, quorum unum
 ipfem ducens, Borgensem Provin-
 ciam invadendam ſibi ſumpſit, alterum
 vero Filio ſuo Thomæ commiſit, ut
 Alexandrinam arcem infestaret, ex qua
 tamen erumpentibus conſertim Hispanis
 ventum ad manus eſt, accerrimo
 utriusque partis conflictu, ac tandem
 Hispanis cæſis, atque in fugam actis.

§. CLXXVIII.

*Induciae inter Hispanos & Sabaudos,
 ac demum pax conciliata.*

Cum Petrus Toletanus Mediolanensis Arthus. l. 22.
 Gubernator tam per exploratores, pag. 1522.
 Daniel hiſt. quam crebras fuorum clades plus ni- de Franc.
 mio edoctus, compertum haberet, quod tom. 10.
 Sabaudus copiosum ex Galliis, Helve- Gramond.
 tia, Germania, aliisque locis exerci- Hist. Gall.
 tum contraxiſſet, rebusque prospere l. 2.
 fluentibus, facile universam Mediola-

Ss 3 nen-

Sæc. XVII. nensium ditionem victoriis suis emetiri
 A. C. 1617. posset, hinc impellente potissimum Gal-
 liarum Rege Petrus quadraginta die-
 rum inducias per Cardinalem Ludo-
 visium utriusque partis Internuntium
 pactus est: Firmatis hisce induciis
 postea pacis conditiones in Italia pro-
 ponebantur, in Hispaniis ratæ paulo-
 post habendæ, quarum hæc summa
 fuit. I. Anno Sæculi præsentis quinto-
 decimo latæ pacis leges Astenses per omnia,
 singulaque sartæ, tecclæ deinceps conserva-
 rentur. II. Et Dux Allobrogum, primo
 quoque tempore, post hunc autem, & Rex
 Hispaniarum, castris & pugnis mutuis ab-
 fisterent. III. Exercitum ambo dimitte-
 rent. IV. Urbes, oppida, munitiones
 utrinque bello captæ (nec Vercellis, nec
 Infabricis ullis præsidiis, exceptis) itidem
 utrinque veteres ad Dominos redirent:
 quos inter & Mantuanus, ac Maseranus
 Duces, numerarentur. V. Montis deni-
 que Ferratensis lis principatis, sententiae
 Cœsaris decretoriae tota permitteretur: quo,
 cuius est in arbitrio Romanum omne terra-
 rum Imperii spatium, in ejusdem esse
 etiam Exarchatus unus.

Porro hæ conditions utrinque fue-
 runt acceptatæ, Hispani tamen bello
 parta restituere tergiversabantur, &
 Sabaudus, quamvis magnam exerci-
 tus sui partem exauktorarit, electi ro-
 boris

boris tamen aliquot adhuc millia in sub- Sec. XVII.
fidiis retinuit, donec ab Hispano pro- A.C. 1617.
missis fidem per ipsam restitutionem
constare cerneret: cum vero firma pax,
Venetis Ferdinando Archiduci nondum
plene reconciliatis, haud sperari pos-
set, hinc Lermaeus Dux unacum
Petro Gritio Oratore Veneto, & Mar-
chione Cajetano Capuensi Pontificis
in Hispania Nuntio, de dissensione
inter Sabaudum, & Mantuanum Du-
ces exorta, Philippum III. Hispaniæ
Regem monebant, ut Astensem pacem
Anno hujus saeculi decimo quinto fa-
ctam, prout Pontifici & Galliarum Regi
promisisset, ratam haberet, proin Hi-
spani urbes, & quæcunque alia post
hanc pacem intercepta unacum capti-
vis restituerent: quo facto fidem suam
obstringerent, se Sabaudum eo indu-
cturos, ut & ipse huic pacificationi ple-
ne satisfaciat: Hæc autem pacta intra
sex hebdomadas rata haberentur, nisi
interea alia pacificatio cum Mediola-
nensi Gubernatore inita fuisset, cui stan-
dum foret. Postea Bethunius Comes
Franciæ Regis Orator Tillinum delatus,
Regis sui nomine Petro Toletano fidem
dederat, quod Sabaudus cuncta juxta
Astensem transactionem integra fide
adimpleturus esset, quo facto Petrus
quoque Hispani Regis nomine idem

Ss 4 polli-

Sæc. XVII. pollicitus, compositis etiam aliis inter
A.C. 1617. Venetos & Ferdinandum dissidiis, die
sexta Novembris pacem promulgabat,
suasque copias in Mediolanensem di-
tionem reducebat. Ceterum hæc pax
nonnisi sequenti anno suam nacta est
firmitatem, postquam Petrus Gallorum
minis territus, ad fœdus, Vercellas-
que reddendas compulsus fuerat.

§. CLXXIX.

Protestantes in Bohemia sectæ suæ libertatem a Cæsare postulantes.

*Rel. Hist. Cont. Si-
gism. Meu-
rer Merc.
Gallob. tom.
11. l. 4.
Carafa com.
Germ. Sacr.
rest. p. 54.
Jäger Hist.
Eccl. l. 7.
cap. 3.*

Sub idem ferme tempus Protestantes
Bohemiæ Status conventum age-
bant, in quo liberum sectæ suæ exerci-
tium sibi permitti, a Cæsare petebant:
attamen Matthias Imperator haud igna-
Carafa com. rus, quod Protestantium consilia non-
Germ. Sacr. nisi ad deprimendam Cæsaris auctori-
rest. p. 54. tatem, atque extirpandos Catholicos
Jäger Hist. collimarent, huncque in finem Princi-
Eccl. l. 7. pes, qui se Correspondentes dicebant, ar-
cap. 3. ctum cum Hollandis fœdus iniissent,
hinc Cæsar ipsis ad sua postulata pau-
cis hæc respondit: „Nihil vobis in Re-
„ligionis negotio indulgere, nec novi
„quicquam, salva conscientia permit-
„tere possumus; speramus autem, Or-
„dines nihil novi petituros, sed pactis
„conventis veteribus, longo jam usa
„&